



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Maximi Tyrii Dissertationes

Maximus <Tyrius>

Lipsiae, 1774

XX. 4. Quomodo ab adulatore amicus debeat distingui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51003)

λων μόνον· διὰ τῆτο ὁ Ἀπόλλων ἐπῆνει Σωκράτην ^x, ὅτι
ἦν ὁμότεχνος αὐτῷ.

olim respondebat, quam Apollo; et propterea Socratem, tan-
quam collegam suum, laudabat Apollo.

Λ Ο Γ Ο Σ Κ'.

Τισὶ χωριζέον τὸν κόλακα τῷ Φίλῃ.

Πρόδικος μὲν Ἡρακλέα ἄγει γ ἐν τῷ μύθῳ ἄρτι ἠβασ-
κοντα καὶ ἀνδριζόμενον ἐπὶ διτῆς ὁδοῦ, ἀρετὴν καὶ
ἡδονὴν ἐπισήσας ἡγεμόνας ἑκατέρω τῇ ὁδῷ· ἡ μὲν αὐτῷ
σοβαρὰ τῶν ἡγεμόνων, ἡ δὲ εὐσχήμεων ^z ἰδεῖν, βαδίζουσα

DISSERT. XX.

Quomodo ab adularore amicus debeat distingui.

Fabulam quandam conscripsit Prodicus, in qua Herculem pu-
berem, virilesque gerentem animos, duplici in via statuit;
vtrique huic viae virtutem voluptatemque tanquam duces
praeficit: quarum altera arrogans, procaxque; altera formoso
vultu,

^x ὁ Ἀπόλλων ἐπῆνει Σωκράτην,] Vide nos ad Dissert. IX. 1.

DISSERT. XX. vulgo IV.

Sectio α.

γ Πρόδικος μὲν Ἡρακλέα ἄγει.]
Hic sophista librum fecit, cui
titulus *Horae*, ἐν ᾧ, vt ait
Suidas, πεποίηκε τὸν Ἡρακλέα τῇ
ἀρετῇ καὶ τῇ κακίᾳ συντυγχάνοντα,
καὶ καλέσας ἑκατέρω ἐπὶ τὰ ἡδονῶν
αὐτῶν· καὶ προσκλίνου τῇ Ἀρετῇ
τὸν Ἡρακλέα, καὶ τῆς ἐκείνης ἰδρω-
τας προκρίνου τῶν προσκαίρων τῆς
κακίας ἡδονῶν. Haec habet ex
Aristophanis scholiast. ad *Nub.*
v. 360. De hac autem Pro-
dici fabula vide Xenophon.
Memor. lib. II. cap. I. 20. Ci-
ceronem *Offic.* I. 32. Quinti-
lianum *Instit. Orat.* IX. 2.
p. 553. Iustinam Martyrem

Apol. II. cap. XII. Clementem
Alexandrinum *Strom.* V. pag.
664. Philostratum *Vit. Apoll.*
VI. 10. de *Vit. Sophist.* lib. I.
Prooem. pag. 482. et §. XII.
pag. 469. denique *Themis-
tium Orat.* XXII. p. 280.

z ἡ μὲν σοβαρὰ, ἡ δὲ εὐσχήμεων.]
Putares de *duabus* Personis hic
loqui Maximum, propter *Ad-
versatiua*, ἡ μὲν, ἡ δὲ. sed non
ita est, et de *una* adhuc loqui-
tur, *Virtute*: nam *Voluptatem*
describere incipit paullo post,
ἡ δὲ ΔΕΥΤΕΡΑ, *Φρονητικὴ*, etc.
vnde patet, deprauatum esse
istud ἡ δὲ. Lego: ἡ μὲν αὐτῇ
σοβαρὰ τῶν ἡγεμόνων, ἄτε εὐσχί-
μων

ἡρέμα, Φθρυγομένη μασικῶς, βλέμμα πρᾶον, ἀμπεχόνη ἀνετος^a. ἢ δὲ δευτέρα, θρυπτική, ἐπίχρῖσος, χλανιδίσις ἐξηνθισμένη, βλέμμα ἰταμόν, βάδισμα ἀτακτον, Φωνὴ ἄμσος. Ταῦτα ὄρεᾶ καὶ ὁ Ἡρακλῆς^b,

vultu, modesto incessu, venusta voce, aspectu mansueto, veste solutiori ab eo inducitur; altera rursus lasciuia, fucata, veste florida, vultu impudentissimo, incomposito gradu, voce inconcinna. Haec animaduertit ipse etiam Hercules, vt qui et

μων ἰδεῖν, etc. Hinc etiam patet vocem σοβαρὰ perperam verti *arrogans procaaque*; cum contra, verti debuerit, *venerabilis, grauis*. σοβαρὸς enim est σεμνός, ἀπὸ τῆς σέβας, Hesychio: et λαμπρὸς Suidae. Glossae: σοβαρὸς, *seuerus, reitricus*. Iulianus in *Caesaribus*, de Adriano: μετὰ τῆτον εἰσέρχεται βασιλείαν ἔχων ὑπήνην ἀνήρ, σοβαρὸς τὰ τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ μασικὴν ἐργαζόμενος. Et Marcum Imp. Mercurius infra compellat, ὦ σοβαρὲ, *o venerabilis*, pag. 91. vide et Longinam περὶ ὕψ. sect. 18. et Noftrum VII. 7. p. 73. Initio Dissert. pro voce ΜΕΝ, quae nihil ibi agit, malletm Τὸν Ἡρακλῆα, vt infra bis. M.

a ἀμπεχόνη ἀνετος.] Nullus video, quid huc faciat ἀμπεχόνη ἀνετος, quoue modo virtutem voluptatemque distinguere queat *vestis solutior*; nam ea florida simul esse potest et laxa. Adde quod actiuosa virtus est, adeoque strictam potius vestem postulat; cum laxae discinctaeque vestes mollitiei sint indicium. Vide I. H. Meibomii Maecen. cap. XIX. 10. seq.

et Oct. Ferrarium de Re Vest. III. 7. In vtroque codice scribitur ἀμπεχόνη [ἀνέτη,] quod βαρβαρίζει. Forſan a Maximī manu fuit ἀμπεχόνη [λιτή,] vel eiusdem potestatis vocabulum, Certe Paccius in sua versione verba *simplicissimi amictus* habet, et Prodicī virtus [λιτή] τὴν ἐσθῆτα dicitur Philostrato Vit. Apoll. VI. 10. Forte tamen melius reponi queat ἀμπεχόνη [λευκή.] Et ἐσθῆτα quidem λευκὴν virtutis memorat Xenoph. Mem. lib. II. cap. I. §. 22. Ita apud Siliū Italicū XV. 30. Virtus

Celsa humeros niueae fulgebatur stamine pallae.

Pariter suam βασιλείαν esse γυναικα εὐειδῆ καὶ μεγάλην, ἐσθῆτι [λευκῇ] κεκοσμημένην fingit Dion. Chrysostomus Orat. I. p. 14. Quod si placeat ἀμπεχόνη [ἀπλή,] iuvabit Cebes in Tabula p. 37. 43. Vide Artemidorum Oneir. lib. II. cap. 3.

b ταῦτα ὄρεᾶ καὶ Ἡρακλῆς,] Pro ταῦτα bene legi posset ταύτας. Caeterum istud καὶ nullius est vsus; nisi forte vt monstret Verbum aliud deesse.

ἄτε Διὸς παῖς, καὶ ἀγαθὸς τὴν φύσιν^c. καὶ χαίρειν
τῇ ἡδονῇ Φράσας, ἐπιτρέπει ἑαυτὸν τῇ ἀρετῇ ἄγειν.
φέρε καὶ ἡμεῖς πλάττωμεν μῦθον, διτλῶς ὁδοῦς, καὶ
ἄνδρα ἀγαθόν, καὶ ἡγεμόνας ταῖν ὁδοῦν^d, ἀντὶ μὲν
τῆς ἀρετῆς τὸν φίλον, ἀντὶ δὲ τῆς ἡδονῆς τὸν κόλακα.
οὐκὲν καὶ τῷ διαφερέτων σχήματι, καὶ βλέμματι,
καὶ ἀμπεχόνῃ, καὶ φωνῇ, καὶ βαδίσματι. ὁ μὲν ὡς
ἡδιστος ἰδεῖν ὢν, ὁ δὲ ὡς ἀληθέστατος. καὶ ὁ μὲν σεση-
ρῶς, ὀρέγων δεξιάν, παρακαλείτω τὸν ἄνδρα ἐπεσθαί
αὐτῷ, ἐπαινῶν, καὶ κυλιδαίνων, καὶ ἀντιβολῶν, καὶ
δεόμενος, καὶ διηγόμενος ἐκτόπως τινὰς ἡδονὰς, ἣ λα-
βῶν αὐτὸν ἄξει, λειμῶνας ἀνθῆντας^e, καὶ ποταμὸς
ρέοντας, καὶ ὄρνιθας ἄδοντας, καὶ αὔρας προσηνεῖς,

et Iouis efflet filius, et indolis praeclarae; quare voluptati res
suas sibi habere iubet, ducemque sequitur virtutem. Hoc
exemplo et nos fabulam fingamus, viamque itidem statuamus
duplicem, et vna virum bonum; huius viae duces pro virtute
amicum, pro voluptate adulatorem ponamus. Sed et hi ha-
bitu, vultu, veste item, voce, atque incessu differant: vt al-
ter quam iucundissimus appareat; alter nihil praeter id, quod
est, prae se ferat: alter renitens dextera protensa, crebris
laudibus; blanditiis, precibus, obsecrationibusque ad se in-
uitet hominem, mirasque, ad quas, se duce, peruenturas
sit, voluptates describat, locum videlicet, vbi prata floribus
rideant, labantur fluvii, volucres canant, aurae spirent leni-
ter,

ὄρεῶ καὶ [ἐξετάζει] ὁ Ἡρακλῆς, aut
aliud simile: vt Diff. I. 2. πρὶν
ἀν τὰς ἄλλας ἴδῃ καὶ ἐξετάσῃ.
quae significatio interdum sub-
est Verbo ὄρεῶν, vt Latinis spre-
ctare. vnde legi potest (voce
καὶ transposita) ταῦτα καὶ ὄρεῶ
— καὶ ἐπιτρέπει etc. M.

c [καὶ] ἀγαθὸς τὴν φύσιν.]
Vulgo deest vox prima, quam
nos ex Mss. addidimus.

d ἄνδρα ἀγαθόν, [καὶ] ἡγεμό-
νας ταῖν ὁδοῦν,] Sic Reg. et Har-
leian. vulgo ἄνδρα ἀγαθόν ἡγε-
μόνας etc.

e ἣ λαβῶν αὐτὸν ἄξει, λειμῶνας
ἀνθῆντας,] Vulgo ἣ λαβῶν αὐτὸν
[ἄξειν εἰς] λειμῶνας ἀνθῆντας. At
cum Reg. et Harleian. dent
ἣ λαβῶν αὐτὸν ἄξει λειμῶνας ἀν-
θῆντας, nos, spiritu tantum ac-
centuque mutato, locum sa-
navimus.

f ὄρνιθας

καὶ δένδρα ἀμφιλαφῆ, καὶ λείας ὁδῶς, καὶ δρόμους εὐπε-
τεῖς, καὶ κήπους εὐθαλεῖς, ὄχνας ἐπ' ὄχνοις ^f, καὶ μῆλα
ἐπὶ μήλοισι, καὶ σαφυλὴν σαφυλῆ ἐπιφυομένην· ὁ δὲ
ἕτερος τῶν ἡγεμόνων λέγει μὲν ὀλίγα, τὰ δὲ ἀληθῆ
αὐτὰ, ὅτι πολλὴ μὲν τῆς ὁδῶς ἡ τραχεῖα ^g, ὀλίγη δὲ
εὐπετής, καὶ χρῆ τὸν ἀγαθὸν ὁδοιπόρον ἤκειν παρε-
σκευασμένον, ἵνα δεῖ πόνον, μοχθήσοντα, τὴν δὲ
ῥαψώνην ἐκ περισσίας ληψόμενον.

β'. Ταῦτά τοι λεγόντων, ποτέρῳ πείσεται, καὶ
ποίαν ἀπεισῶ; ἀποκρινόμεθα τῷ ποιητῇ τῷ μύθῳ, ὅτι
εἰ μὲν Ἀσσύριός τις ἕτος εἴη κακοδαίμων ἀνὴρ, ἢ Φοίνιξ
στράτων ^h, ἢ Νικοκλῆς ὁ Κύπριος, ἢ ὁ Συβαρίτης ἐκεῖνος,

ter, arbores plurimis amictae foliis terram vestiant, planae
semitae, latissima sint curricula, sed et horti floridissimi, ubi
pyra pyris, mala malis, vuae subnascantur vis; alter contra
dux pauca dicat, sed vera, maximam nimirum viae par-
tem esse salebrosam, minimam facilem, necesse esse ita-
que, ut vir bonus, qui committere se illi postulet, ita se com-
paret, ut cum opus sit, laborem ferre possit, si quid planam
expeditumque occurrat, id in lucro reponat.

2. Haec uterque si dicat, utri credet, utram viam inibit?
Respondeamus fabulae auctori; si quidem homo ille aliquis ex
corrupto Assyriorum grege futurus est, aut Phoenicius Strato,
aut Cyprius Nicocles, aut qualis fuit Sybarita ille, alterum
e ducto.

^f ὄχνας ἐπ' ὄχνοις,] Noster
versus Homericos Odyss. h. 120.
in animo habuit.

Ὀχνη ἐπ' ὄχνη γηράσκει, μῆλον
δ' ἐπὶ μήλῳ,
Αὐτὰρ ἐπὶ σαφυλῆ σαφυλῆν, σῦ-
κον δ' ἐπὶ σύκῳ.

De Alcinoi hortis agit poeta.

^g ὅτι πολλὴ μὲν τῆς ὁδῶς [ἢ]
τραχεῖα,] Melius, ut videtur,
ἢ τραχεῖα.

Ibid. πολλὴ μὲν τῆς ὁδῶς ἢ τρα-

χεῖα] *Dauisius* mavult ἢ. non
opus est. *Dissert. XXXVII. 2.*
πολιτεία ψυχῆς ἢ ἀρετή, appo-
site *Diff. V. 2.* οἶδε μὲν τίς μὲν
τῆς ὁδῶς ἢ λεία γῆ ἀπταιστος, τίς
δὲ ἢ διεσκαμμένη. *M.*

Sectio β'.

^h ἢ Φοίνιξ στράτων] *Deest ar-*
ticular, ὁ Φοίνιξ, ut ὁ Κύπριος,
ὁ Συβαρίτης· et paullo infra vo-
cat eum τὸν Φοίνικα. *M.*

τὸν μὲν καὶ μισήσει τῶν ἡγεμόνων, καὶ ἡγήσεται τινα εἶναι ἄξιον, καὶ αἰδιῆ^ι, καὶ ἄμισσον, τὸν δὲ ἕτερον χαρίεντα, καὶ προσηνῆ, καὶ Φιλάνθρωπον δειῶς. Ἀγέτω δὴ^κ λαβὼν τὸν ἄνδρα τῆτον ὁ καλὸς ἡγεμὼν ἐκῆν ἄξει τελευτῶν ἢ ἐπὶ πῦρ, ὡς τὸν Ἀσσύριον^ι. ἢ ἐπὶ πενίαν, ὡς τὸν Φοίνικα· ἢ ἐπὶ δεσμά, ὡς τὸν Κύπριον^ι. καὶ ἐπὶ τι ἄλλο^η διὰ ψευδῶς ἠδονῆς ἀληθῆς κακόν.

e ductoribus pessime etiam oderit, nec aliud, quam agrestem, austerum, atque inuenustum putabit esse; alterum contra elegantem, suauem, mireque humanum iudicabit. Demus ergo a praeclaro illo, si Diis placet, ductore deduci hunc hominem; dubium non est, quin in ignem cum Assyrio, aut in paupertatem cum Phoenice, aut in vincula cum Cyprio, eum deducturus sit; aut in aliud denique verum malum, ad quod falsa perducere voluptas solet. Sin aliquis similis Herculi

ι καὶ αἰδιῆ,] Lego καὶ [ἀιδῆ,] καὶ ἄμισσον.

Ibid. καὶ αἰδιῆ καὶ ἄμισσον] Legendum ἀιδῆ, *insuauem*. Iulianus in *Misoprog.* p. 76. ἀιδῆ δ' ἐς ἄνδρας παντάπασι, καὶ ἄνθρωπον ἄχαριν. Et ita *Dauisius*. Hae autem voces in Mss. saepe commutantur. vide Pollucem V. 17. Sect. 106. vbi pro ἐκ αἰδιῆ Cl. *Iungermannus* recte scribit ἐκ ἀιδῆ. Plato *de Rep.* lib. VIII. μιμνήμενοι τῆς νέεσ, ἵνα δὴ μὴ δοκῶσιν ἀιδεῖς εἶναι, μηδὲ δεσποτικοὶ. vbi in Editione quator male legitur αἰδεῖς. M.

κ Ἀγέτω δὴ] Sic vterque codex, non δὲ, prout editi.

ι ἐπὶ πῦρ, ὡς τὸν Ἀσσύριον] Vulgo εἰς πῦρ, contra quem volunt Reg. et Harleian. Sardanapallum vero dicit, qui *victus in regiam se recipit; vbi,*

exstructa incensaque pyra, et se et diuitias suas in incendium mittit. Verba sunt Iustini I. 3. Adi sis et Athenaeum lib. XII. p. 529. et Suidam in *Sardanapallus*.

η ἢ ἐπὶ πενίαν, ὡς τὸν Φοίνικα ἢ ἐπὶ δεσμά, ὡς τὸν Κύπριον] Straton Sidoniorum, et Nicocles Salaminis rex, luxuria ἀντεφιλοτιμῶντο ἑκάτερος ὑπερβάλλειν τὸν ἕτερον· ἀπέθανον δ' ἀμφοτέροι βιαίως. Vide Athenaeum lib. XII. pag. 531. et Aelianum Var. Hist. VII. 2.

η καὶ ἐπὶ τι ἄλλο,] Praecedit ἢ ἐπὶ πενίαν, et ἢ ἐπὶ δεσμά· vnde concinnius sequi videretur, ἢ (non καὶ) ἐπὶ τι ἄλλο — κακόν. Alibi tamen poni videtur καὶ pro ἢ· vt nihil forte sit mutandum. M.

Sectio

εἰ δὲ εἴη ἀνὴρ κατὰ τὸν Ἡρακλέα, αἰρήσεται τὸν ἀληθῆ τῶν ἡγεμόνων, τὸν Φίλον, ὥσπερ ἐκεῖνος τὴν ἀρετὴν.

γ'. Καὶ ὁ μὲν μῦθος ὡδὶ τελευτᾷ· μεταβαλὼν δὲ ὁ λόγος, πρὸς αὐτὸν σκοπεῖται τῷ ἂν τις διακρίναι τὸν κόλακα τῆς Φίλου. Τὸν μὲν γὰρ χρυσὸν βασανίζει λίθος προτρεβόμενον αὐτῇ, Φιλίας δὲ δὴ καὶ κολακείας τίς ἔσται βάσανος; Ἄρα τὸ ἐξ ἑκατέρου τέλος; Ἄλλ' εἰ ἀναμενῶμεν τὸ τέλος, ἄλλη βλάβη φθῆσεται τὴν γνώσιν· δεῖ δὲ κρίναι, πρὶν ἀρξασθαι χρῆσθαι· εἰάν δὲ ὑπερῆ τῆς χρήσεως ἢ κρίσις, ὁ χηρῆσθαι φθάσας καὶ μεταγνῆς εἰς εὐδὲν δέον τὴν κρίσιν κατατίθεται. Βέλει τοίνυν ἡδονῇ καὶ λύπῃ κρίνωμεν τὸν Φίλον καὶ τὸν κόλακα; Καὶ μὴν καὶ ὁ κόλαξ ὑπερβολὴν λαβῶν ὁ ἀνιαρότατος καὶ ἐπαχθέσατος, καὶ ὁ Φίλος ἡδίστος εὐτυχίαν προσλαβῶν. Μήποτε ἐν βλάβῃ καὶ ὠφελείᾳ τῶν ἀνδρῶν κριτέον. Ἀμφισβητήσιμον καὶ τῆτο λέγεις· ὁ μὲν γὰρ κόλαξ, καὶ

culi futurus est, verum certe ductorem, id est, amicum; praeferet; sicut Hercules virtutem.

3. Et hic quidem finis sit fabulae; qua seposita, sermo noster ad se redeat, pergatque videre, quomodo ab amico discerni adulator possit. Et aurum quidem admotum sibi index lapis distinguit, amicitiam vero ab adulatione quid tandem separabit? An finis utriusque? Atqui si finem expectabimus, aliud malum praeueniet, priusquam verum dignoscamus: iudicare enim oportet, priusquam utamur; nam si iudicium praecedat usus, cum usum poenitentia excipit, nihil prodest adhibuisse iudicium. Vis ergo dolore potius ac voluptate eos distinguamus? At vero et adulator, si modum excedat, molestissimus esse solet, et grauissimus; amicus contra, si secunda fortuna accedat, iucundissimus. Videamus ergo, ne utilitate et damno distinguendi sint. Sed et hic scrupulus occurrit: adulator

Sectio γ'.

ὁ κόλαξ ὑπερβολὴν λαβῶν] Id est, opinor, ὑπερβολὴν ἡδονῆς ἢ λύπης, vel ὑπερβολὴν ἑκατέρου λαβῶν, adulator in magna voluptate vel

in magno dolore positus, intolerabilis est. sed mentem Auctoris neque exprimit Contextus, neque Versio. Paullo infra, pone ὑπερβολὴν post ἐξέχεν. M.

Sectio

βλάβη, ἢ εἰς χρήματα ἐζημίωσεν, ἢ εἰς ἡδονὴν ἐχέεν, ὧν τὸ μὲν εἰς χρήματα κηφότατον, τὸ δὲ εἰς ἡδονὴν τερπνότατον· διὰ δὲ Φιλίας πολλοὶ ἤδη καὶ Φυγῆς ἐκοινώνησαν, καὶ ἀτιμίας συναπέλαυσαν, καὶ θανάτῳ περιέπεσον.

δ'. τῷ ἔν διακρινῶμεν τὸν κόλακα τῷ Φίλῳ, εἰ μῆτε τῷ τέλει, μῆτε ἡδονῇ, μῆτε βλάβῃ ρ; φέρε χωρὶς ἐκάτερον θεασώμεθα. Ἄρα γε ὁ πρὸς ἡδονὴν ὀμιλῶν, Φίλος; καὶ πάνυ εἰκός· καὶ μὴν εἰ ἐχθρὸς ὁ λύπης παρασκευαστικός, Φίλος ἂν εἴη ἡδονῆς παρασκευαστικώτατος ρ. τὸ δὲ ἔχ' ἔτως ἔχει καὶ γὰρ ἱατρῶν ὁ Φιλανθρωπότατος, λυπηρότατος, καὶ στρατηγῶν ὁ ἀκριβέστατος, καὶ κυβερνητῶν ὁ ἀσφαλέςτατος. φιλοσοφίας δὲ πρὸ καὶ παιδῶν πατέρες, καὶ διδάσκαλοι μαθητῶν

adulator enim aut opes eius confumit, cui nocet, aut in voluptatem eum praecipitat; quorum alterum leuissimum, alterum etiam cum voluptate coniunctum est: amicitiae vero gratia multi saepe et in exilio amicos comitati sunt, et infamiam cum illis subierunt, et mortem eorum causa pertulerunt.

4. Quid igitur restat, quo ab amico adulatorem separabimus, si nec finis sufficit, nec voluptas, nec damnum? Age, seorsim utrumque inspiciamus. Nonne is, qui suavissime nobiscum agit, et lenissime, amicus est? Omnino sic videtur esse; si enim inimicus is est, qui doloris nobis causa est; is, qui praecipue nobis voluptatis causa est, amicus erit. Et tamen aliter se res habet. Medicus quippe, qui consultum maxime vult homini, maximi subinde doloris illi causa est; eodem modo et imperator prudentissimus, et gubernator peritissimus. Amant et liberos patres, et discipulos praeceptores:

Sectio δ'.

ρ μῆτε τῷ τέλει, μῆτε ἡδονῇ, μῆτε βλάβῃ;] Atqui in praecedenti Sect. haec ita diuiserat, τὸ τέλος, ἡδονὴ καὶ λύπη, βλάβη καὶ ὠφέλεια. cur iam omittuntur λύπη et ὠφέλεια, cum hic tam euidenter adludatur ad Divisionem istam, et cum λύπη

quid et ὠφέλεια aequae necessaria sint ac ἡδονῇ et βλάβῃ? Vix potest fieri ut haec omisso sit ab Auctore. M.

ρ ἡδονῆς παρασκευαστικώτατος] Immo ὁ ἡδονῆς, ut ante, ὁ λύπης ratio enim utriusque eadem est. M.

ρ ἄρα

καὶ τί ἂν εἴη ἀνιαιρότερον, ἢ παιδὶ πατρὸς, καὶ μαθητῇ
διδάσκαλος; Ἐπεὶ καὶ Ὀδυσσεὺς ἐφίλει δῆπρ τῆς
ἑαυτῶ ἑταίρου, ὃς πολλὰ καὶ δεινὰ ἀνέτλη,

Ἀρνύμενος ἦν τε ψυχὴν ^γ, καὶ νόσον ἑταίρων.

Ἄλλ' ἐντυχῶν ἀνδρῶν γένει ἀκολάτῳ καὶ Φιληδόνῳ, οὐ
διῆγον, καθάπερ τὰ θρέμματα,

Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μελιιδέα ^δ,

(ἔτω γὰρ πρὸ τὴν ἡδονὴν ὀνομάζει Ὀμηρὸς) ἀναμιχθέν-
τας αὐτῶ τῆς ἑταίρου τῆ τέττων τρυφῇ, καὶ γευσάμενος
τῆς ἀτοπίας τῶ λωτῶ, ἄκοντας καὶ δακρύνοντας ^ε λα-
βῶν ἐπὶ ναῦν ἄγει. Ἄλλ' ἔχ' ὁ Εὐρύμαχος τοῖς
μνηστῆρσι τοῖστος, ἀλλὰ τῶ ἑτέρου γένου τῶ κολακευ-
τικῶ, οἷον σιάλῃ σῦς, ἢ αἶγας εὐτραφεῖς συγκατα-
κόπτειν αὐτοῖς, καὶ τῶ οἶνον ἄδην συνεκροφεῖν, καὶ
συγκυλινδεῖσθαι ἔαν τῆς νυκτὸς θεραπαιδίοις ^η, καὶ

quid tamen molestius saepe est, quam filio pater, et discipulo
praeceptor? Quis dubitat, quin et Vlyffes socios amaret suos,
qui tam multa dictu aspera, perpeffu grauia pertulit,

Dum sibi, dum sociis, reditum pariterque salutem

Apparat?

Vbi tamen cum populo libidini voluptatique dedito, qui,
pecudum instar

Lotum gustarent mellizam,

(ita namque voluptatem Homerus alicubi vocat) rem sibi esse
videt; non dubitat socios suos, quos iam illorum luxuries
afflauerat, quos iam loti illius portentosa ceperat suauitas, in-
uitos flentesque ad nauem trahere. Talis non est inter procos
Eurymachus, sed alterius illius generis, quos adultores dici-
mus, qui comitibus suis permittere non dubitat, vt pinguis-
simas sues caprasque macent, vinum assidue exhauriant, noctu
cum

^γ Ἀρνύμενος ἦν τε ψυχὴν,] At voculam, quam deleui, ne-
sciant Reg. et Harleian.

Odyss. A. 5.

^δ Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μελιιδέα] ^η [οἶον] σιάλῃ σῦς — συγκα-
τακόπτειν [αὐτοῖς,] — καὶ συγ-
κυλινδεῖσθαι ἔαν τῆς νυκτὸς θερα-
παιδίοις,] Vulgo [εἶα] σιάλῃ
σῦς

Odyss. I. 94. 97.

^ε ἄκοντας καὶ δακρύνοντας] Vulgo
^η ἄκοντας [τε] καὶ δακρύνοντας.

Tom. I.

Bb

κείρειν οἶκον ἀνδρὸς βασιλέως, καὶ δὴ ἐπιβλεύειν τῷ γάμῳ.

ε. βῆλει δὴ συνελὼν τὸν μὲν κόλακα κατὰ τὴν μοχθηρίαν τάξαι, τὸν δὲ Φίλον κατὰ τὴν ἀρετὴν, λύπην δὲ καὶ ἡδονὴν χαίρειν ἕαν^x; οὔτε γὰρ τὸ φιλεῖν ἡδονῆς ἀτυχὲς, ἕτε τὸ κολακεύειν λύπης ἀμοιβὴν, ἀλλ' ἐκάτερον ἐν ἐκατέρῳ φύρεται, καὶ ἡδονὴ ἐν Φιλίᾳ, καὶ λύπη ἐν κολακείαις γ. ἐπεὶ καὶ αἱ μητέρες καὶ αἱ τίτθαι Φιλῶσι τὰ βρέφη, καὶ πρὸς ἡδονὴν αὐτὰ θεραπεύουσι, καὶ ἐκ ἀφαιρήσεως αὐτῶν τὸ φιλεῖν διὰ τὴν ἡδονήν. Ὁ Ἀγαμέμνων τῷ Μενελάῳ παρανεῖ.

Πάντας κυδαίνων^z, μηδὲ μεγαλίζεο θυμῷ.
Ἡ, οἶει, κολακείαν αὐτῷ ὑποτίθεται^a; Ὁ Ὀδυσσεύς,

cum ancillis volutentur, regis tanti domum euacuent, eius denique connubio infidias struant.

5. Vis ergo, ut paucis rem absoluamus, dolore et voluptate relicta, cum improbitate adulatorem, cum virtute amicis iungamus? Quia nec voluptate amicitia caret, nec dolore adulatio; sed utrumque utrique, et amicitiae voluptas, et adulationi dolor est admixtus: nam et matres et nutriculae liberos suos diligunt, et in eorum educatione voluptatem adhibent, nec propterea eos amare negabis. Suadet Menelao Agamemnon,

Ut, fastuposito, cuius persolvat honorem.
Censen' hoc velle eum, ut aduletur? Ulysses postquam e mari

σῶς — συγκρατακόπτειν [αὐτὰς]
— καὶ συγκυλιυδεῖσθαι [εἶνα] τοῖς
θεραπευαίνουσι. Ex Reg. et Har-
leian. locum, ne littera quidem
mutata, sanauimus. Sic loqui-
tur noster Dissert. XXI. 4., et
alii passim.

Sectio ε.

α λύπην δὲ καὶ ἡδονὴν χαίρειν
[ἕαν;] Vulgo λύπην [τε] καὶ
ἡδονὴν χαίρειν [ἕαν.] Nos Mss.

obtemperamus, eaque concin-
nior est ratio.

γ λύπη ἐν κολακείαις.] Sic Reg.
et Harleian. vulgo ἐν κολακείᾳ.
z πάντας κυδαίνων,] Iliad. κ.
69. Ex poeta vero Maximum
reformauimus, nam scripti simul
ac editi libri κυδαίνειν exhibent.

α Ἡ, οἶει, κολακείαν αὐτῷ ὑπο-
τίθεται;] Sic uterque codex,
vulgo ὑποτιθέναι.

β Ἀγε-

ἐκνηξάμενος τῆς θαλάττης εἰς τὴν Φαιάκων γῆν, γυμνὸς
 διαναστὰς ἐν τῆς εὐνῆς, ἐντυχὼν παιζέσαις κόραις, τὴν
 βασιλῖδα γνωρίσας, Ἀρτέμιδι εἰκάζει αὐτὴν, καὶ αὐδῖς
 φυτῶ καλῶ^b, καὶ ἔδεις ἂν διὰ ταῦτα κόλακα εἴποι
 τὸν Ὀδυσσεῖα· προθέσει γὰρ, καὶ χρεῖα, καὶ διαθεσεῖ
 ψυχῆς ὁ κόλαξ διακρίνεται τῷ φίλῃ. Καὶ γὰρ
 ὁ ἀριτεὺς ὄπλοις χρῆται, καὶ ὁ μισθοφόρος, καὶ ἔδεις
 αὐτῶν εἰκάζει τὰ ἔργα κατὰ τὴν χειρουργίαν, ἀλλὰ
 χωρίζει τὴν ἑκατέρω χρεῖαν κατὰ τὴν πρόθεσιν· ὁ μὲν
 γὰρ διασωσικὸς διὰ τὴν Φιλίαν, ὁ δὲ μισθαρενικὸς τῶν
 βελομένων· καὶ ὁ μὲν αὐθαίρετος, ὁ δὲ ὄνιος· καὶ ὁ μὲν
 τοῖς ἐνσπόνδοις πιστός, ὁ δὲ καὶ τοῖς φίλοις ἄπιστος.

5. Ταύτη νόμιζε καὶ τὸν κόλακα διαφέρει τῷ
 φίλῃ, καὶ συμπύπτειν μὲν ἑκάτερον ἑκατέρω πολλάκις

e mari in Phaeacum terram emerisset, nudusque e strato suo,
 ubi delituerat, confurgeret, inter reliquas, quas ibi ludentes
 inuenit, puellas reginam agnoscit, quam nunc cum Diana,
 nunc cum pulchra planta confert; nec quisquam tamen pro-
 pterea adulari dicet Vlysssem: ex proposito enim, vsuque, et
 instituto animi ab amico adulator distinguitur. Sicut uterque,
 et qui virtutis studio, et qui mercedis causa militat, armis uti-
 tur; nec tamen de operibus eorum ab externa quisquam
 actione iudicat, cum pro instituti ratione vsu vtriusque po-
 tius distinguat: alter enim seruare amicum solet, quia est
 amicus; alter se mercede cuiuslibet addicit: alter in eo, quod
 agit, suae spontis est; alter venalis: alter iis fidem seruat,
 cum quibus foedus contraxit; alter ne iis quidem, cum qui-
 bus amicitiam.

6. Eodem adulatorem ab amico differre puta: ambobus
 enim saepius accidit, ut eodem modo agant, eodem modo
 cum

^b Ἀρτέμιδι εἰκάζει αὐτὴν, καὶ
 αὐδῖς φυτῶ καλῶ,] Odyss. ζ'. 151.

Ἀρτέμιδι σε ἔγωγε, Διὸς κέρη
 μεγάλοι,

εἶδος τε, μέγθος τε, φωνὴν τ'
 ἄγχιτα εἶσκω.

Et v. 162.

Δήλω δὴ ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος
 παρὰ βωμῶ
 φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον
 ἐνόησα.

Nausicaam, Alcinoi filiam,
 Vlysses alloquitur.

Bb 2

Sectio

εἰς τὰς αὐτὰς πράξεις, καὶ τὰς ὀμιλίαις, διαφέρειν δὲ ἐκάτερον ἐκατέρῃ τῇ χρείᾳ, καὶ τῷ τέλει, καὶ τῇ διαφέρει τῆς ψυχῆς. Ὁ μὲν γὰρ φίλος τὸ φαινόμενον αὐτῷ ἀγαθόν^c εἰς κοινὸν καταθέμενος τῷ φίλῳ, εἴαν τε λυπηρὸν τῆτο ἢ, εἴαν τε ἡδύ, συναπολαύει αὐτῷ ἐκ τῆς ἴσης, ὁ δὲ κόλαξ ἐπακολυθῶν τῇ αὐτῆ ὀρέξει οἰκονομῆ τὴν ὀμιλίαν πρὸς τὸ ἴδιον πλεονέκτημα. καὶ ὁ μὲν φίλος ὀρέγεται τῆ ἴση, ὁ δὲ κόλαξ τῆ ἰδίᾳ. καὶ ὁ μὲν ἰσοτιμίας κατὰ τὴν ἀρετὴν, ὁ δὲ πλεονεξίας κατὰ τὴν ἡδονήν. καὶ ὁ μὲν ἰσηγορίας κατὰ τὴν ὀμιλίαν, ὁ δὲ ταπεινότητος κατὰ τὴν θεραπείαν. ὁ μὲν ἀληθείας ἐν τῇ κοινωνίᾳ, ὁ δὲ ἀπάτης. καὶ ὁ μὲν ὠφελείας τῆς εἰς τὸ μέλλον, ὁ δὲ χάριτος τῆς ἐν τῷ παρόντι. ὁ μὲν δεῖται μνήμης, ὃν ἐπραξεν^d; ὁ δὲ λήθης, ὃν ἐπανέργησεν.

cum amicis vivant; cum tamen alter ab altero, vel ex vfu, vel ex fine, vel ex animi proposito fit discernendus. Amicus enim id, quod bonum putat, siue id dolorem postea, siue voluptatem adferat, cum amico communicat, et ex aequo fruitur; adulator ex praescripto libidinis suae, quicquid cum amico agit, ad lucrum suum dirigit: amicus aequalitatem, proprium bonum spectat adulator; alter aequalitatem in virtute, alter lucrum in voluptate; alter paritatem in congressu, alter humilitatem in cultu; alter veritatem in familiaritate, alter fraudem; alter emolumentum in posterum, alter in praesens delectationem; alterius beneficia memorari gaudent, alterius fraus sepeliri postulat; alter, quae amici sunt, vt commu-

Seçtio 5.

c τὸ φαινόμενον αὐτῷ ἀγαθόν] Scribe αὐτῷ sibi. et mox, pone ὑποσημῆν post ἴσης. M.

d ὁ μὲν δεῖται μνήμης, ὃν ἐπραξεν] Lego, ὃν εὖ ἐπραξεν, cui opponitur mox ἐπανέργησεν. Hoc est istud Senecae de Benef. II. 10. Haec enim beneficii inter duos lex est: Alter statim obliuisci debet dati; Alter ac-

cepti nunquam. Amicus igitur opus habet, vt ei in memoriam reuocet beneficia, quae tibi contulit: ipse enim eorum oblitus est: Adulator opus habet, vt obliuiscaris iniuriarum, quas tibi fecit; ipse enim eas memoria firmiter tenet. Iterum pone subdistinctionem post vocem ἰσότατος, quae statim sequitur. M.

e φιλία

ὁ μὲν ὡς κοινῶν κήδεταί, ὁ δὲ ὡς ἀλλότρια λυμαίνεται· ὁ μὲν Φίλος καὶ εὐτυχίας κοινῶνός κηφότατος, καὶ συμφορῶν κοινῶνός ισότατος, ὁ δὲ κόλαξ εὐτυχίας μὲν κοινῶνός ἀπλησώτατος, ἐν δὲ ταῖς συμφοραῖς ἀμικτότατος. Φιλία μὲν ἐπαινετὸν, κολακεία δὲ ἐπονείδισον· Φιλία γὰρ ἐκατέρω πρὸς ἐκάτερον ἴσην ἔχει τὴν ἀντίδοσιν, ἢ δὲ κολακεία χωλεύει· ὁ γὰρ τῷ ἐνδεῆς θεραπεύων τὸν ἔχοντα κατὰ τὴν χρείαν, καθόσον ἐκ ἀντιθεραπεύεται, ἐλέγχει τὸ ἀνίσον. Ὁ Φίλος λανθάνων δυσυχῆι, ὁ κόλαξ μὴ λανθάνων. Φιλία βασανιζομένη κρατύνεται, κολακεία ἐλεγχομένη θραύεται· Φιλία χρόνῳ αὐξάνεται, κολακεία χρόνῳ ἐλέγχεται· Φιλία χρείας ἀδεῆς ε, κολακεία χρείας ἐνδεῆς. Εἰ δὲ ἐστὶ καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεῶς ἐπιμιξία, ὁ μὲν εὐσεβῆς Φίλος θεῶν, ὁ δὲ δεισιδαίμων κόλαξ θεῶν· καὶ μακάριος εὐσεβῆς Φίλος θεῶν, δυσυχῆς δὲ ὁ δεισιδαίμων f.

communia curat, alter, ut aliena consumit: amici et in secundis rebus familiaritas gratissima est, et in aduersis sortem ex aequo fert; adulator neque secundis rebus expleri potest, neque in aduersis vsquam apparet. Amicitia laude, vituperio digna est adulatio; amicitia par pari rependit utrinque, adulatio claudicat: qui enim egestate adductus, ut id consequatur, quod deesse sibi videt, alterum colit, inaequalem se fateatur necesse est, quatenus non vicissim ab illo colitur. Amicus, si ignoretur; adulator, nisi ignoretur, miser est. Amicitia, si exploretur, confirmatur; adulatio, si exploretur, perit: amicitia tempore crescit, adulationem tempus conuincit: amicitia nullius vnquam eget, alicuius semper adulatio. Quod si aliquid hominibus cum Deo commune est, homo pius amicus Dei est, superstitiosus adulator Dei: et beatus quidem vir pius, qui amicus Dei est; miser, superstitiosus. Quem-

e φίλια χρείας ἀδεῆς,] Vulgo ἀνευδεῆς. At cōdices, ut edidimus. Hac de re multis egimus ad Diss. v. I.

f μακάριος εὐσεβῆς φίλος θεῶν, δυσυχῆς δὲ ὁ δεισιδαίμων.] Vulgo [ὁ] φίλος θεῶν, renitentibus Mls.

Adiicio tamen, quod maioris est momenti: si enim Maximus hoc in loco scripsit φίλος θεῶν, δεισιδαίμων excipi debuit a vocibus κόλαξ θεῶν. Nullus itaque dubito, quin φίλος θεῶν sit additamentum, quod orae Bb 3 codicis

ζ'. Ὅνπερ ἐν τρόποιον ὁ μὲν θαρσῶν τῇ ἀρετῇ πρόσ-
 εἰσι τοῖς θεοῖς ἀνευ δέσς, ὁ δὲ ταπεινὸς διὰ μοχθηρίαν
 μετὰ πολλῶν δέσς, δύσελπις, καὶ δεδιῶς τῆς θεῆς,
 ὡσπερ τῆς τυράννης· τῆτον, οἶμα, τὸν τρόπον καὶ
 πρὸς ἀνθρώπων εὐελπι μὲν καὶ θαρσαλέον ἢ φιλία ε,
 δύσελπι δὲ καὶ ἐπτηχὸς ἢ κολακεία. Τυράννω ἔδει
 φίλος, βασιλεῖ δὲ ἔδει κόλαξ· βασιλεία δὲ τυραννί-
 δος θειότερον· εἰ δὲ ἐστὶν ἢ φιλία ἰσότης τρόπων, τὸ δὲ
 μοχθηρὸν ἔτε αὐτῶ ἔτε χρηστῶ ἴσον, ὁ μὲν ἀγα-
 θὸς πῶ ἀγαθῶ φίλος, ἴσος γάρ· ὁ δὲ κόλαξ τῶ μὲν
 ἀγαθῶ πῶς ἂν εἴη κόλαξ; ἔ γάρ ἂν λάθοι· τῶ δὲ

7. Quemadmodum autem alter virtute sua fretus sine metu accedit ad Deos, alter improbitatis suae conscientia deiecius, multo cum timore, sine vlla fiducia venit, nec aliter Deos, quam tyrannos timet: eodem, ut arbitror, modo coram hominibus spei plena, plena fiducia est amicitia; sine spe et fiducia est adulatio. Amicum nullum tyrannus, adulatorem nullum rex habet; regnum autem propius ad Deum, quam tyrannis, accedit. Quod si amicitia morum est aequalitas, improbus vero, nec sibi, nec ipsi bono aequalis est, vir bonus viro bono amicus est, quia est aequalis; adulator contra viri boni quomodo adulator esse possit, cum latere virum bonum non possit adulator? improbi vero
 vt

codicis alicuius adlitum, tandem Maximi verbis fuit admixtum.

Ibid. δυσυχῆς δὲ ὁ δεισιδαίμων.] Adde, κόλαξ θεῶν quod sensui adeo necessarium est, vt non omitti potuerit ab Auctore. vide enim praecedentia: ὁ μὲν εὐσεβῆς, ΦΙΛΟΣ ΘΕῶν· ὁ δὲ δεισιδαίμων, ΚΟΛΑΞ ΘΕῶν· καὶ μακάριος εὐσεβῆς, ΦΙΛΟΣ ΘΕῶν· δυσυχῆς δὲ ὁ δεισιδαίμων, ΚΟΛΑΞ ΘΕῶν. haec enim vltima ra-

tionem reddunt, quare *superstitiosus* est *δυσυχῆς*, nempe, quia *κόλαξ θεῶν*, quemadmodum in praecedenti membro, *deprio*. Caeterum pro *εὐσεβῆς* mallet *ὁ εὐσεβῆς*, vt ὁ δεισιδαίμων. Aliam viam infistit Cl. Editor, eiectis istis φίλος θεῶν. M.

Sectio ζ'.

g θαρσαλέον [ἢ] φιλία.] Vulgo θαρσαλέον φιλία. Illam vero particulam agnoscunt Reg. et Harleian.

b ἔ γάρ

μοχθηρῶ κόλαξ ὢν, εἰ μὲν εἴη ἴσος ἐκεῖνω, ἔκ ἂν εἴη
κόλαξ, ἔ γὰρ ἀνέχεται κολακεία ἰσηγορίας^h. εἰ δὲ
ἔκ εἴη ἴσος, ἔκ ἂν εἴη φίλος. Ἄλλα καὶ τῶν πολιτειῶν
ἢ μὲν ἀριστοκρατία Φιλίας μετῆ, δημοκρατία δὲ κολα-
κείας ἀνάπλευς· κρείττων δὲ ἀριστοκρατία δημοκρατίας.
Οὐδείς ἐν Λακεδαιμόνι Κλέων ἦν, εἰδὲ Ὑπέρολος, κό-
λακες πονηροὶ τρυφῶντος δήμου. Ἄλλα Καλλίαν μὲν ἐν
Διονυσίοις ἐκωμῶδει ἰ Εὐπόλις, ἰδιώτην ἄνδρα ἐν συμ-
ποσίοις κολακευόμενον, ὅπως τῆς κολακείας τὸ ἄθλον
ἦν κύλικες, καὶ ἐταῖρα, καὶ ἄλλα ταπεινὰ καὶ ἀν-
δραποδῶδεις ἡδοναί· τὸν δὲ δῆμον αὐτὸν τὸν τῆς Εὐπό-
λιδος τωμυλίας θεατὴν πᾶς τις ἐλθὼν κωμωδήσει, ἐν
πρίν θεάτρῳ, ποίοις Διονυσίοις; καὶ τῆς πολλῆς ἐκείνης

vt sit adulator, si aequalis illi fuerit, non amplius adulator
erit, nec enim pares admittit adulatio; quod si aequalis non
erit, ne amicus quidem erit. Sic et inter reipublicae formas
ea, quae optimatum dicitur, plena est amicitiae, popularis
contra status plenus adulationis est; melior autem optimatum,
quam popularis status est. Nullus apud Lacedaemonios Cleon
erat, aut Hyperbolus, luxuriosi populi adultores improbi.
Dionysius quidem Eupolis perstringebat Calliam, priuatum
hominem, qui in conuiujs adultores habebat, ubi adulationis
praemia erant calices, et scorta, caeteraeque sordidae ac
feruiles voluptates; ipsum populum, qui dicacitatis Eupoli-
dis spectator erat, in qua comoedia, in quo theatro, quibus
Dionysius perstringemus? vbi adultores illos plurimos, qui-
bus

ἢ ἔ γὰρ ἀνέχεται κολακεία ἰσηγο-
ρίας.] Vulgo εἰδὲ ἀνέχεται, quod
inconcinnum. Nostram lectio-
nem retinet vterque codex.

Ibid. κόλαξ, ἔ γὰρ ἀνέχεται
etc.] In priori Edit. fuit, εἰδὲ
ἀνέχεται· vnde legeram et di-
stinxeram, ἔκ ἂν εἴη κόλαξ· (εἰδὲ
Γ Α Ρ ἀνέχεται κολακεία ἰσηγορίας)
εἰ δὲ ἔκ εἴη ἴσος, etc. vt XXI. 5.
εἰδὲ γὰρ ὁ θεοσίτης λειποτακτῶν

ἐλύπησεν ἂν τὸ Ἑλληνικόν· quae
sententia itidem in parenthesi
ponenda est. Mss. pro εἰδὲ
habent ἔ· caeterum addunt
γὰρ, prout conieceram. M.

ἰ Καλλίαν μὲν ἐν Διονυσίοις ἐκω-
μῶδει Εὐπόλις.] Hoc praestitit
Eupolis ἐν τοῖς κόλαξι. Vide
sis Aristophanis scholiasten ad
Aues v. 284. et Plutarchum
tom. II. p. 778. D.

Bb 4

Seçtio

κόλακας, οἷς τὰ ἄθλα ἦν ἔταπεινὰ, ἔδὲ μέχρι γαστροῦ καὶ Ἀφροδισίων ἤκοντα, ἀλλὰ αἱ τῆς Ἑλλάδος συμφοραί; Εἰ δὲ ἤθελον Ἀθηναῖοι, παρωςάμενοι τὰς κόλακας, πείθεσθαι Περικλεῖ καὶ Νικίᾳ, εἶχον ἀνθημαγωγὰς ἀντὶ κολάκων Φίλκας.

ή. Ἄν δὲ ἐπὶ τὰς μοναρχίας ἔλθῃς ^κ, κολακεύει καὶ Ξέρξην Μαρδόνιος, βάρβαρος βάρβαρον, ἀνόητος ἀνόητον, δειλὸς οἰκέτης δεσπότην τρυφῶντα. Τὰ δὲ τῆς κολακείας τέλη, ἀνίσταται ἢ Ἀσία, μασιγῆται ἢ θάλαττα, Ἑλλήσποντος ζεύγνυται, Ἄθως ὀρύττεται· τέλος δὲ τῆς σπυρδῆς ἦττα, καὶ φυγὴ, καὶ θάνατος αὐτῷ κόλακος ^ι. κολακεύσιν καὶ Ἀλέξανδρον Μακεδόνες· τῆς δὲ κολακείας τὰ ἔργα ἀναξυρίδες Περσικαί, καὶ λήθη τῷ Ἡρακλέει, καὶ τῷ Φιλίππῳ ⁱⁱⁱ, καὶ

bus non vulgaria praemia, et quae ventris Venerisque voluptates non excederent, proposita fuerunt; verum ipsa Graeciae calamitas? Quos si reicere, Niciaeque ac Pericli morem gerere Atheniensium voluisset populus, non adultores, sed amicos habuisset magistratus suos.

8. Iam ad monarchias si eas, Xerxen Mardonius, barbarus barbarum, demens dementem, luxuriosum dominum adulatur servus imbellis. Cuius adulationis vide quis sit finis: euertitur Asia, mare flagellatur, Hellepontus iungitur, Athos perfoditur; et postremo, ne quid desit, omnes hos labores consequitur adulatoris ipsius debellatio, fuga, et mors. Adulantur et Alexandrum Macedones; cuius adulationis effectus sunt bracciae Persicae, adoratio barbarica, Hercules, ac Philippi, totiusque

Seçtio ή.

^κ Ἄν δὲ ἐπὶ τὰς μοναρχίας ἔλθῃς,] Vulgo Ἄν [κθ'] ἐπὶ τὰς etc. Lectionem, quam damus, uterque codex repraesentat.

[καὶ θάνατος αὐτῷ κόλακος.] Scribendum, αὐτῷ τῷ κόλακος, ipsius adulatoris: prout Lingua Graeca postulat. M.

ⁱⁱⁱ καὶ [τῷ] Φιλίππῳ,] Ex editis media vox exciderat. Eam fide Mss. Reg. et Harleian. restituumus. Quod autem de Alexandro narrat Maximus, illustrat Curtius lib. VI. cap. VI. 7. XI. 23. et lib. VIII. cap. V. 5. 6. Inter alios plures vide sis et Livium IX. 18.

τῆς Ἀργεάδων ἐσίας. Τὰς δὲ τυραννίδας τί χρὴ λέγειν; ὅπως γὰρ δέος καὶ ἐξουσία δεσποτικὴ τὸ ἀρχόμενον ἄγχει, ἀνάγκη δεῦρο κολακείαν μὲν ἀνθεῖν, Φιλίαν δὲ κατορθώσασθαι. Ἔστι καὶ ἐν ἐπιτηδεύμασι καὶ τέχναις κολακας ἰδεῖν^η, ὁμοίως μὲν ταῖς τέχναις κατὰ τὸ σχῆμα, ἀνομοίως δὲ κατὰ τὰ ἔργα. Ἐκολάκυσεν ἀνθρώπους καὶ μουσικὴ νόθος; ὅτε Δωριεῖς τὴν πάτριον ἐκείνην καὶ ὄρειον μουσικὴν καταλιπόντες, ἦσαν ἐπ' ἀγέλαις^ο καὶ ποιμναῖς, ἤχων, αὐλημάτων, καὶ ὄρχημάτων ἐρασαί γενομένοι^ρ, ἐνόθευσαν ὁμῶς τῇ μουσικῇ

totiusque Argeadarum familiae obliuio. Nam tyrannides quid recensere opus est? vbi enim timor atque herilis potentia subditos premit, necesse est adulationem florere, amicitiam sepultam esse. Atqui non ibi tantum, sed in studiis, artibusque adultores sunt, qui in speciem eodem modo artes tractant, re ipsa tamen longe absunt. Ita musica spuria adulatione sua homines infecit, cum Dores relicta patria illa sua musa agresti, quam inter greges suos pecudesque canebant, nouas voces, tibias, et tripudia amare coeperunt, atque ita
vna

^η ἐν ἐπιτηδεύμασι καὶ τέχναις [κολακας] ἰδεῖν,] Vterque co- dex κολακείας ἰδεῖν, quod placet. Igitur legas velim, ἔστι καὶ ἐν ἐπιτηδεύμασι καὶ τέχναις [κολα- κείας] ἰδεῖν, [ὁμοίως] μὲν ταῖς τέ- χναις etc. Nisi forsitan ὁμοίως Attice dictum censeas: qua de re videatur scholiastes ad So- phoclis Electram v. 314. et ad Aristophanis Nubes v. 53.

^ο ἦσαν ἐπ' ἀγέλαις] H. Step- hanus, articulo praeposito, legit ἦν ἦσαν. Malim, ἦσαν ἐπ' ἀγέλαις.

^ρ [ἤχων,] αὐλημάτων, καὶ ὄρ- χημάτων ἐρασαί γενομένοι,] Quo- rum, quaeso, sonorum? An so- nis omnino caruit Dorienfium musica? Immo, nulla prorsus

harmonia sine varietate sono- rum potest constare. Παράλλη- λον prius adducam locum, dein hunc emendabo. Sic igitur noster Dissert. XXXVII. 4. Ὅτε Δωριεῖς μὲν οἱ ἐν Σικελίᾳ τὸν ὄρειον ἐκείνην καὶ ἀφελῆ μουσικὴν οἴκοι καταλιπόντες, ἦν ἐπ' ἀγέλαις καὶ ποιμναῖς εἶχον, [Συβαριτικῶν] αὐλημάτων ἐρασαί γενομένοι, καὶ ὄρχησιν ἐπιτηδεύσαντες, οἷαν ὁ αὐ- λὸς ἠνάγκαζεν Ἰώων, ἀφρονέστεροι μὲν τὸ εὐφριμότατον, ἀκολαστότεροι δὲ τὸ ἀληθέστατον ἐγένοντο. Hic igitur reponendum Συβαριτι- κῶν αὐλημάτων καὶ ὄρχημάτων ἐρασαί γενομένοι. Vide quae diximus ad Ciceronem de Leg. III. 14.

Bb 5

Ibid.

καὶ τὴν ἀρετὴν. Ἐκολάκευσε ἀνδρώπης ⁹ καὶ ἰατρικὴν νόθος, ὅτε τὴν Ἀσκληπιῖδ καὶ τὴν Ἀσκληπιαδῶν ἴασι καταλιπόντες ἑδὲν διαφέρουσαν ἀπέφηναν τὴν τέχνην ὄψοποιικῆς, πονηρὰν κόλακα ^τ πονηρῶν σώμάτων. Κολακεύει καὶ συκοφάντης ῥήτορα, λόγον λόγῳ ἐπανιστῆς, καὶ ἐπιτεχνίζων τὸ ἀδίκον τῷ δικαίῳ, καὶ τὸ αἰσχρὸν τῷ καλῷ. Κολακεύει καὶ σοφιστῆς φιλόσοφον. Ἔτος μὲν κολάκων ἀκριβέστατος.

vna cum musica etiam adulterarunt virtutem. Quin eodem quoque modo medicina spuria adulatione sua infecit mortales, cum, relicta Asclepii Asclepiadarumque medendi disciplina, homines novam ex ea artem effecerunt, quae culinariae similior est, corporum pessimorum adulatricem pessimam. Etiam sycophanta adulatione sua oratorem inficit, cum rationem rationi opponit, iustoque iniustum, et honesto id, quod turpe est, superstruit. Inficit et philosophum adulatione sua sophista: et hic quidem adultores antecedit reliquos.

DISSERT.

Ibid. ἦσαν ἐπ' ἀγέλαις καὶ ποιμναις ἦχων, etc.] Hunc locum ex Diff. XXXVII. 4. ita lego et suppleo: ἦν ἐπ' ἀγέλαις καὶ ποιμναις εἶχον, ἀλλημάτων [Συβαριτικῶν] καὶ ὄρχημάτων [Ἰωνικῶν] ἔρασι γινόμενοι, etc. Ponamus iam istum locum: ἦν ἐπ' ἀγέλαις καὶ ποιμναις εἶχον, Συβαριτικῶν ἀλλημάτων ἔρασι γινόμενοι, καὶ ὄρχησιν ἐπιτηδεύσαντες, οἷαν ὁ αὐλὸς ἠνάγκαζεν, Ἰώνων etc. Rem ipsam et paene singula verba habes. Caeterum pro εἶχον et ἦχων legi quoque potest ἦχον, transitivè, ab ἠχέω sono. Si vero ἦχων putas esse partem ultimam vocis Συβαριτικῶν, legerem cum Stephano: ἦν ἦσαν ἐπ' ἀγέλαις καὶ ποιμναις, Συβαριτι-

κῶν ἀλλημάτων, καὶ ὄρχημάτων Ἰωνικῶν ἔρασι etc. Mihi placet prima Coniectura. Haec commentatus eram ante visam Cl. Editoris Notam, qui paullo aliter hunc locum refingit. Ἰωνικῶν vero aequè necessarium est ac Συβαριτικῶν. M.

⁹ Ἐκολάκευσε ἀνδρώπης] Habet noster ea, quae sequuntur, ex Platonis Gorgia pag. 288. Inde sua traxerunt etiam Apuleius de Habit. Doctr. Plat. pag. 603. seq. Quintilianus Inst. Orat. II. 15. et Amm. Marcellinus XXX. 4.

^τ πονηρὰν κόλακα] Sic recte Mss. Reg. et Harleian. Vulgo πονηρῶν.

DISSERT.